389

233

N.

Vir Clarissime, Praeceptor Observande;

Popularium meorum deploranda sors jam dudum aures nostras impedivit: nobis quoque designata scelera ab ipsis, accepimus.

Nondum.

388

232

Reverendi & Doctissimi Viri, fratres in Christo honorandi:

~~Accedunt subinde Academiam~~

Lator harum Sigismundus Abrahami Francus patria, origine Judaeus,+ confessione Christianus, ad Academiam nostram studiorum causa accessit. Vixit biennio Lugduni Batavorum et non modo publicum testimonium honestum ~~[illegible]~~ meruit, sed & privatum ~~Viri~~ D. Constantini L'Empereur, qui illum nobis maximopere commendavit. Scopus ejus est partim in lingua Latina confirmari, partim in Christiana religionis cognitione procedere. Sperat quoque se communicandis Chaldaicis & Rabbinicis aliquod * operae pretium facturum. Petit autem + ~~a~~ à N. et A. D. Novemviris liberae Bursae subsidium. Quod quidem ~~saepius~~ persaepe aliis ab ipsorum N. A. tributum scimus: Et ~~[illegible]~~ grave esse non putamus, quod frequenter plenus non sit in Bursa convivarum numerus. Opportunitatem sane hujus liberalitatis saepe multi non sine literarum sacrarum evidenti incremento & fructu Ecclesiae experti sunt. Judaeis, imprimis si fiant domestici fidei, quid Christiana charitas pro spiritualibus ipsorum divitiis ad nos derivatis debeat, notum est. Et quis ignorat quantum in Tremellio Ecclesiae Christianae decus accesserit? Hunc juvenem, [illegible] propter confertissimas DD. Novemvirorum occupationes careat vel minus ~~confe~~ attentis utamur, Reverentiis VV. commendandum putavimus, quatenus interpellatione privata + ~~apud~~ adjutus saltem pro tempore beneficium hoc obtineat, continuandum, si dignus compertus fuerit et nisi interim aliter sibi prospicere possit. Fiduciam hujus ~~intercessionis nostrae~~ flagitationis nostrae communio ~~sollicitudinis~~ charitatis [illegible] apud RR. VV. quibus in paribus ~~causis~~ ~~et~~ & aliis ~~off~~ piis causis officia nostra [illegible] non deerunt.

+ à Rabbinis non obscuri nominis oriundus,

* si sint alacrioris spiritus studiosi Hebraicantes,

+ & pleniori instructione

[illegible] mihi promitto. Vale Vir Reverende, et hoc [illegible] Parenti à me dicta accipe.

Raptim. Silvae ducis 4 nonas Febr.

Tibi devinctissimus

Discipulus

J. Zander Zeen.

Transmissa jam D. Gerdes.

Reverendis, doctissimisque Viris
D. Ripperto Sixti ejusdemque
collegis Ecclesiæ Leovardiensis
pastoribus vigilantissimis
dominis ~~et~~ nostris
& fratribus in
Christo honorandis,
amandis.

NB. D. Bockiu non est res
amplius integra. Scrib[...]
de illo silva.

125 – [...]
130 – [...]
56 – [...]
7 – [...]
3 – [...]
322 – [...]